Soli filij dei accipiunt corpus christi: q̃ christo sũt ĩcorporati et deũ visuri. Qui aũt q̃ ĩ christo nõ manẽt: q̃uis videãt ad eos porrigere corpus christi: nõ sumunt/sed iudiciũ sibi mãducãt et bibũt. Corpus autẽ christi p manus angelorũ in celũ defert: carbo vero a demone eis in os pijcit: vt cyprian⁹ testat. Qñ qui sumũt vt aliud vinũ: vertitur eis in fel draconũ: et in venenũ aspidũ insanabile. Disci. Nõne iudas accepit idẽ qđ petrus? Mag. Nequaq̃: quia petrus dilexit: ideo acceptũ sacrificiũ eũ dño coaduniuit. Judas vero q2 dñm odiuit: spẽm panis quidẽ accepit: sed v̄tus sacramẽti in christo remansit. Ideo post buccellã mox in eũ diabolus ĩtrauit: q̃uis iude nõ

Qui sumant digne corpus christi.

1. Cor. 11. f.

Cyprianus

Deute. 32. e

Joan.13. corpus: sed bucellam tm̄ intin-
ctam/scilicet nō consecratā de/
dit. Disc. Est eis obediēdū?
Magi. Ubi bonū p̄cipiunt:
nō eis sed dn̄o est obediendū.
Math.22.a Dicunt em̄ ꝛ nō faciunt. Ubi
maluz imperant: contemnendi
Act.5. sunt: quia oportet deo magis
q̄ȝ hominib⁹ obedire. Disci.
Possunt soluere vel ligare?
Magi. Si ab ecclesia publi/
co iudicio separati nō sunt: q̄ȝ/
uis ipsi fortiꝰ ligati sint: vtrūq̄ȝ
possunt: quia nō ipi/sed christ⁹
p eoꝝ officiū ligat ꝛ soluit. Si
autē iudicio ecclesię fuerint ex/
clusi spernendi sunt vt ethnici.
Quādiu iudas cū aplis fuit: vt
amicus apparuit: ꝛ vt apli alij
p̄dicauit: baptiçauit: signa fecit
postq̄ȝ ab eis recessit/vt publi/
cus hostis apparuit. Ita iusti

q̄diu sunt in cōmunione eccle/
sie/oīa sacramenta p eos facta
erūt rata. Si seclusi fuerint: q̄/
cūqz fuerit erūt irrita. Qr igit̄
sūt lupi: a christi ouib' sūt fugiē
di. vt dr: Exite de medio eorum Esa. 52. c
pp'le me': ne pticipes sitis illo/
rū in tormētis. Dis. Nō pōt
hō sua ppter eos relinquere?
Mag. Ista sepatio nō potest Augustinus
corporaliter fieri: nec debet: qr
si boni a malis separant̄: iā ne/ De fuga ma
mo ad bonū p eos cōuertit̄: in lorum
qb' tn̄ sūt deuitādi: pcipue ī cō/
uiuio ī seruitio dei. vt dr: Nec 1. Cor. 5. b
cū hmōi cibū sumere. Fugiēdi
sunt mēte ⁊ volūtate: ne consen
tiat̄ opib' eoꝝ. Dis. Qualit̄
fit cōsensus ad illorum actus?
Mag. Si illoꝝ malefacta lau
dantur: ⁊ ad pperāda flagitia
cōsilio vel pecunia auxiliantur:

Anselmus Ideo nõ solũ qui faciũt/sȝ etiã q̃ consentiũt digni sunt morte. Itaqȝ mali q̃ȝdiu ab ecclia publice nõ sunt segregati/non sunt deuitandi: nisi sibiinuicẽ ꝛ p̃lati ꝛ subditi ita in malo consentiant vt nullus eoꝝ prauitatem arguat: tũc omnino sunt fugiendi: qꝛ tũc sunt causa ruine ppli.

Si malis sit p̃dicandum. Dis. Debẽt malis verba dei dici? Mag. Si sciũt nõ sunt eis dicenda: qꝛ ꝓditor est q̃ eis cũ sint hostes reserat dei secreta. Unde dicit. Nolite sanctũ dare canibus: nec mittatis margaritas porcis: ne conculcẽt ꝛ irrideant. Ubi autem nesciunt: ꝓpter electos q̃ inter eos latẽt cõuertendi: sunt sermones dei ꝓferendi: sicut ꝛ dñs non cessauit petro ꝛ aliis saluandis verba salutis ministrare: q̃uis sci

Matth. 7. c

ret iudā ⁊ phariseos inde scan
dalizando cruciari. Dis. De
bent tolerari: cū christus tolera
uerit iudā? Mag. Mali in
ecclesia sunt tolerandi ⁊ nō imi
tandi quo adusqꝫ ipse cū venti
labro veniat: grana de palea ex
cutiens: ⁊ zizaniis igni traditis
triticū in horrea sua recondat. Matth. 3. c.

Explicit Liber primus.

Elucidarij theologie
Liber Secūdus. Disci.

Anima mea exultat
in dño: qꝫ de occulto
ignorantie nubilo
tāto per te illustra
tus sum scientie ra
dio. Queso itaqꝫ decus eccle
sie / vt liceat adhuc mihi aliqua

inquirere. Mag. Quere que vis: et audies quod cupis. Disci. Dicitur malum nihil esse. Sed si nihil est: valde mirum videtur cur deus angelos et homines damnet: cum nihil faciant. Si autem aliquid est: videtur esse a deo: cum omnia sint ab ipso: et sequitur quod sit auctor mali et iniuste eos qui hoc faciunt damnet. Mag. A deo nempe sunt omnia: et omnia fecit bona valde: et ideo malum probatur nihil per substantiam esse. Omnia enim quae fecit deus subsistunt. Omnis vero substantia bona est. Sed malum non habet substantiam. Igitur malum nihil est. Quod autem malum dicitur nihil, hoc est: ubi non est bonum. sicut cecitas, ubi non est visus: aut tenebre: cum cecitas et tenebre non sint substantie. Tria sunt: natura: creatura: factura. Creatura ut elementa. natura: ut ex

Boetius

Gen. i. d

Malum quomodo nihil sit.
Aug.

seipsis nascentia: Natura/vt q̃ angelus vel hō facit aut patit᷑. Faciūt peccata: patiunt᷑ penas peccati. Hec deus nō fecit: sed fieri pmisit. vt dr: Deus mortē nō fecit. Peccatū autē nihil est aliud q̃ʒ qđ preceptū est non facere: aut aliter q̃ʒ qđ preceptū nō est agere. Sicut nō ē malū aliqđ/nisi bono: id est gaudio carere. Nō saltim vocabulum habet a deo tali mō: cū sit p illā substātiā quā fecit deus. Iuste vero dānat eos de⁹/id ē nō dat eis gaudiū q̄ nō faciūt vl' aliud faciūt q̃ʒ sit p̄ceptū. Di. Quis est auctor pcti? Ma. Ipse hō: incētor ꝓo diabol⁹. Di. Est graue peccare? Ma. Minimū pctm̄ sciēt᷑ cōmissū graui⁹ ē toto mūdo. Quicqd āt mali vl' pcti agit᷑: totū ī laudē dei ꝯtit᷑ ⁊ iō ī

Sap. j. d
Peccatū qđ sit.

Ambrosius.

Grauitas peccati minimi.

omni creatura dei nihil mali eẽ vel fieri comprobatur. Disci. Quid dicis: homicidiũ ⁊ adulteriũ nõ est peccatũ vel malũ? Mag. Homicidiũ sępe bonũ
1. Reg 17. f. ꝓdicatur. vt occisio golię a da/
Judit. 13. a. uid: ⁊ holoferni a iudith. Qñ tũc malũ dr: cũ ꝓprio impulsu ꝑpetratur. Coniugiũ bonũ creditur: sed ideo malũ est adulte/ riũ: qꝛ aliter fit q̃ꝫ sit cõcessum: quę tñ in laudẽ dei vertunt̃ cũ
Punitio dei iusta ꝓbatur a simili. ab eo iuste puniunt̃. Sicut eñi imperatoꝛ est laudabilis ꝙ milites suos remunerat: ita ẽ etiã laudabilis / immo laudabilioꝛ ꝙ ꝓdones latronesq̄ꝫ damnat. Ita vtiq̄ꝫ sicut deus in salua/ tione iustoꝝ gloriat̃: sic in ꝑdi/ tione impioꝝ ꝑ oĩa laudatur.
Sap. 11. d. Dis. Cũ scriptũ sit: nihil odisti eoꝝ q̃ fecisti: quõ dr deᵘ bonos

amare / malos odio habere?
Mag. Cuncta deus diligit q̄ creauit: sed non cūcta in vno loco locauit. Sicut pictor om̄es colores diligit: sed quosdā pre alijs eligit: et vnūquēq3 apto loco ponit. ita deus vnūquēq3 sibi ꝯuenīēti loco disponit. Ideo dic it eos diligere quos in celesti palatio recipit: illos odisse quos in infernali carcere mergit. Disci. Quid est liberū arbitrinm? Mag. In potestate homīs esse et velle et posse bonū et malum. Hoc ī paradiso homo habuit liberum: nunc vero captiuū: q2 bonū non vult nisi gratia dei ꝑueniat: nec pōt nisi eū subsequat. Dis. Quid dicis de his qui seculum relinquūt religionis habitū sumāt trāsacto aliquo tp̄e reijciunt: et

De libero arbitrio.

peiores q̄ prius fuerunt fiunt: Quidā vero aliqua bona incipiunt/postea deserūt: ⁊ ad iniquitatē redeunt. Magi. De his dicit: Sunt emulatores: et callidi ꝓuocant irā dei. Sepe seruus errantē filiū ꝯtrahit ad patrē/ ⁊ ip̄e ad opus suū redit: ita isti electos ad deū ꝯtrahūt/ ⁊ ipsi ad mala studia redeunt. Sic etiā timor charitatē ad regnum ducit: ⁊ ip̄e nō introibit. Sicut em̄ diabolus seruit deo: ita mēbra eius seruiūt electis etiam tali modo. Dis. Quomodo seruit diabolꝰ deo? Mag. Quia gloriosus p̄nceps despexit eē in palatio: fecit eū deꝰ laboriosum fabrū in hoc mūdo: vt coactus totis viribus seruiat/ qui vacare deo fruendo nolebat. Vn̄ dicit. Faciā eū tibi ser

Job.36.b

De recidiuantibꝰ

Job.40.e

uum sempiternū. cuius fabri ca min⁹ est afflictio ⁊ tribulatio. Folles sūt temptatiōes. Mal/lei ⁊ forcipes sūt tortores ⁊ p/secutores. Lime vel serre sunt lingue maledicentiū ⁊ detrahētium. Tali camino ⁊ his instrumentis purgat ipse aurea vasa celestis regis. Hoc sunt electi: in quibus renouat imaginem dei. Reprobos autem qui contra regem agūt: ⁊ ipse tortor vt hostes punit. Tali modo seruit diabolus deo. Dis. Qualiter membra eius seruiūt electis? Mag. Cum eos tradūt ad regnum simulatiōe: vel impellūt aduersitate. Simulatiōe quidem eos tradunt/ cū bona exteri⁹ simulāt q̄ īteri⁹ nō amāt: Tūc filij dei adhuc ī errore positi/ p eorū exēpla bōa arripiūt q̄ toto cor

Diabolus faber.

Mali seruiūt electis dupliciter.

de diligunt: ꝛ cū illi bona dese/
runt q̄ nō amauerūt/isti firmi⁹
incępto bono inhęrebunt: vt
olim cū mali angeli ceciderunt
boni firmius steterūt. Aduersi
tate autē eos ĩpellunt) cum eis
tpalia q̄ plus iusto diligūt au/
ferunt: ꝛ eis ne carnalia deside
ria implere ꝑualeant obsistunt
Vñ diabolus ꝛ mali vtiles im
mo necessarij cōprobant. Dis.
Cur mali diuitijs hic affluunt
cū potentia florent/sanitate vi/
gent: contra boni de inopia ta/
bescunt: a malis iniuste oppri/
munt: debilitate marcescunt?
Mag. Propter electos ma/
li redundant: vt hic despiciant
q̄bus florere etiā pessimos con
siderant. Diuitijs habundant:
primo vt mala q̄ concupiscunt
iusto iudicio dei explere per pe

De diuitijs/ potētia ꝛ sos/ litate malo/ rum.

cuniā valeant. Secūdo vt si q̄ bona fecerint/per hęc remunerent. Oīa em̄ q̄ faciūt ꝓ terrenis agunt. Vñ ⁊ mercedē suā receperūt. Potentia splendēt ꝑmo ꝓpter seipsos: vt mala q̄ amant potenter expleant. Secundo ꝓpter reprobos: vt eos in malis defendāt. Tertio ꝓpt̄ electos: vt eos castigent ⁊ a malis actib⁹ emendēt. Sospitate autē pollent/ nec cū hominib⁹ flagitia sentiūt: vt post eos grauior dolor excruciet. Boni aūt inedia/oppressione/lāguore afficiunt̄: ne in malis delectentur aut si aliq̄ cōtra deum egerint: deleant̄: si nō p patientiā coronent̄. Dis. Cur ecōtra quidā boni hic diuitijs redundant et potentia sublimant̄: validitate roborant̄: mali autem pecunia

Matth. vi. a

Afflictio bonorum.

oppressione/infirmitate labo-rant. Magi. Quibusdã electis diuitię ideo conceduntur: vt bona quę amant rebus im-pleant. Et per hęc etiam ad-monentur: si hęc temporalia suauia/quanto magis ęterna vidẽ-tur. Potentia sublimãtur/pri-mo propter seipsos: vt bona q̃ mẽte cõceperũt potenter exerce-re possint. Secundo ꝓpter ele-ctos: vt eis in bonis tutela sint. Tertio propter reprobos: vt eos reprimant ne tantum q̃n-tum volunt noceant. Sanita-te solidantur: ne iusti de eorum ęgritudine contristentur/ sed de eorum salute lętentur. Econ-tra quidam mali hic egestate/ afflictione corporis/dolore su-spirant: vt p hęc discãt quam ama-ra sunt/ad q̃ prius moribus fe-

De diuitijs potentia et sospitate bonorum

De miseria malorum

stinant. Dis. Quare quidam mali diu viuunt/ quidam vero boni citius moriuntur: ecōtra aliqui boni diuturnam vitā du cunt: mali vero celerius obeūt?
Mag. Mali ideo diu viuere permittuntur: vt electi per eos exerceantur ⁊ vitijs corrigant: ipi vero post maiore supplicio torqueantur. Boni autem citi/ us tolluntur/ ne diutius hic ad uersis atterantur: sed māsuris gaudijs inserantur. Econtra lō geua vita iustis datur: vt meri tuum illorum augeatur/ cū plu res per eorum exempla conuer tuntur. Mali sane celeriter ad tormentum rapiuntur: vt ele/ ctis adhuc errantibus timor in cutiatur: ⁊ sic ab errore trahan tur. Di. Sunt felices qui hic aduersitate non tanguntur?

De lōga vi- ta maloꝝ

De vita longa iu stoꝝ

De infelicissimis. Magi. Immo infelices sunt q̄bus ꝑmittit hic suauiter viuere: ⁊ oīa desideria sua ꝓ libitu implere. Sic aduersitate non tangunt: q2 tali modo vt arida

De felicissimis. ligna ad ignē nutriunt. Cōtra sunt felicissimi q̄ hic a suis desiderijs arcent ⁊ multis asperitatibus exercent: quia tali modo vt filij ad regnum erudiunt flagellis / vt dr: De⁹ flagellat om

Heb.xi.d nē filiū quē recipit. Volo te scire: ꝙ reprobi q̄uis corona regni potiant omnino impotentes sunt ⁊ nūq̄ sine supplicio erunt: electi vero q̄uis captiui / q̄uis in carcere semꝑ potentes sunt: ⁊ nūq̄ ꝓmio carebūt. Disci. Pro dei amore fac me hoc celerius videre. Magi.

Impotentia reproborū Reprobi īpotentes sunt: q2 ꝓuenit eos ira dei. Bonū volūt ⁊

ideo nullo mō possunt. Malā
vero ⁊ volunt ⁊ possunt. Ma Doctrina.
lum vero ꝓbatuȝ est nihil esse:
ideo cōstat eos nihil posse. Si
ne supplicio nō sunt: qꝛ seua cō
scientia cruciant̄: cōtinuo timo
re anxiant̄ ne capiant̄: ne occi
dant̄: ne res sue tollant̄. Unde
dicit̄: Non est pax impijs dicit Esa.xlviij.c.
dn̄s. Ecōtra electi nimiū potē
tes sūt: qꝛ ꝑuenit eos grā dei: ⁊ Potentia electorum.
bonū volunt ⁊ possunt: maluȝ
vero despiciūt. Premio nō ca
rent: qꝛ sine timore manēt ⁊ fu
ture libertatis certi gaudent.
Un̄ dr: Iustꝰ sine timore erit.
Aliud autē volo tibi insinuare
ꝙ malis nihil boni contingat:
et bonis nihil mali eueniat.
Dis. In dei noīe q̄d loquerȓ:
Nōne hic mali cōuiuijs delici
antur decore: ⁊ cōmixtione mu

lierum iocũdantur: ⁊ p̃ciosa ve
ste gloriant̄ pecunia ⁊ magnis
edificijs exaltant̄: Econtra bo
ni hic carcerib⁹ includunt̄: ver
beribus tundunt̄: fame ⁊ siti ⁊
alijs cruciatibus affliguntur.

Mali inopes ⁊ miseri. Mag. Cũ fortuna malis pro
spera arriserit: et eis copiã de
suo cornu his bonis q̃ enume/
rãsti repleuerit: tunc assimilant̄
pisci: q̃ mordẽs hamũ gratulat̄
sed hoc tripudio de aq̃ tractus
enecat̄. Aut illi cui poculũ mel
lis prębet̄ / ⁊ post sine fine ama
rũ mare epotare coget̄. Nã ꝓ
Luc. 16. f. epulis replent̄ / vt ille diues ab
synthio amaritudinis: ⁊ ꝓ mu
lierũ amore sulphureo fętore:
ꝓ vestit⁹ nitore induent̄ confu/
sione: ⁊ pro pecunia ⁊ ędificijs
hereditabũt vmbras in inferna
Job. 21. b libus antris. Vñ dr: Ducũt in

donis dies suos: ⁊ in pūcto ad
inferna descendēt. Porro bo/ — Justi locupletes ⁊ beati
ni/ quosquos asseris huiusce/
modi incōmodis affici: similes
sūt illis qui piper vel aliā ama/
ram herbā gustu ꝑlibant/ vt vi
num ꝑsumptū suauius sapiat.
Ita ipsi ꝓ carcere recipient in
eterna tabernacula: ꝓ verberi/ — Lu.16.b.
bus obtinebūt gaudiū ⁊ letici/
am: pro fame ⁊ siti nō esurient
neq; sitient ampliꝰ: ꝓ cruciati/ — Apocal.7.b
bus fugiet dolor ⁊ gemitꝰ. Ex q̄
ꝓbo: iustos semꝑ locupletes et
btōs: īpios esse inopes ⁊ mise/
ros. Dis. Unde dignitates? — De dignitatibus.
Mag. A deo vtiq; sunt oēs
dignitates vl' ptātes: maloꝝ seu
etiā bonoꝝ. Ūn ptās nō ē nisi — Roma.13.a
a deo. Cur autē aliqn̄ boni/ ali/
quādo mali ptātes sortiant̄ iā
supiꝰ dictū ē. Dis. Quā sniaꝫ

profers de his qui eas vendūt vel emūt? Magi. Qui eas
Act. viij. d. emūt cum symone interitū sub ibunt. Qui vero vendunt: cum
iiij. Reg. v. g giezi lepram anime incurrunt.
De cura pastorali platorum. Dis. Habēt p̄lati maius meritum apud deū? Ma. Ordo officij aut dignitas potestatis nihil cōfert homini apud deū: si desit meritum. Porro qui in ecclesijs p̄sūt vt p̄sbyteri ⁊ epi si verbo ⁊ exemplo bene p̄sunt: tot p̄mia p̄ alijs habebūt quot aīe p eos salue fiunt: vt dicitur:
Math. 24. d Sup omnia bona sua cōstituet
Gregorius eos. Si autē subditis verbum salutis subtrahunt ⁊ eos in foueā mortis p sua exēpla ducūt: tot penas p̄ alijs hereditabunt et q̄t aīe eoꝝ exēplo perierunt: vel q̄t saluare p̄dicādo neglexerunt. vt dr: Cui plus cōmittitꝰ

plus ab eo exigit. Et iter: Potentes potenter tormēta patiētur. Qui autē in secularib⁹ prelati sunt/ vt reges ꝛ iudices: si iuste iudicāt ꝛ subiectos clemēter tractant: maiorē gratiā pre aliis a iusto iudice deo cōsequētur: qꝛ qui bene ministrāt bonū gradū sibi acquirunt. Si autē iniuste ꝛ crudeliter ppl'm opprimunt: atrociora supplicia pre aliis habebūt: qꝛ durissimū iudiciuz fiet his qui psunt: ꝛ iudiciū sine misericordia ei qui non fecit misericordiā. Disci. Cū electi nō sint de mundo cur cū reprobis patiunt aduersa mundi? Magi. Quia malis communicant/ideo cū ipsis aspera tolerāt: qꝛ vero in mūdialibus sepe irretiunt/ideo a mundi infortuniis affliguntur. Disci.

Sap. 6. a

Prelatorum secularium cōditio

1. Timo. 3. c.

Sap. 6. a.
Jaco. 2. c

De puidentia dei.

Quid est puidẽtia dei? Ma. Ea cognitio q̃ oia ventura p̄sciuit: imo ispexit vt p̄sentia. Di.

Augustinus

Si de⁹ cũcta p̄sciuit ⁊ ita ea ventura per pphetas p̄dixit: ⁊ non possit in sua puidẽtia falli: ⁊ celũ ⁊ terra p̄us trãsient q̃ verba dei possint imutari: vident̃ necessitate cũcta euenisse q̃ nunq̃ cõtigerũt vel adhuc futura sũt

Matth. 24. c

Magi. Due necessitates sũt.

Necessitas duplex.

vna naturalis: vt solẽ in oriẽte oriri: vel diẽ noctẽ seq̃. Altera volũtaria: vt hominẽ ambulare / sedere. Que de⁹ vult vt fiãt vt celũ ⁊ terrã ineuitabile ẽ nõ euenire: sed oia necesse ẽ ita cõtingere. Que autẽ tm̃ fieri permittit: vt hoies p liberum arbitriũ bonũ vel malũ facere: nõ ẽ necesse euenire. Oia que futuri hoies facturi erãt / de⁹ futura p̄

Prescientia diuina.

sciuit/ et per prophetas fienda predixit. Non tamen aliquam vim sua prescia eis obtulit ut fieri essent: sed potius ipsi vim necessitati intulerint/ cum voluntatem suam expleret. Dis. Accidit aliquid casu? Ma. Nihil omnino: sed omnia dei ordinatione. Dis. Quod tunc aliquas eccl'ie vel edificia etiam fortuitu igne inuadente quasi casu concremantur? Ma. Casus nihil est. Scriptum est autem: Nihil fit in terra sine causa. Unde patet: quod nulla ecclesia vel alia causa etiam in mundo nec comburitur/ nec destruitur: nisi prius a deo iudicetur. Contingit autem hoc tribus causis. Primo si eccl'ie edes per iniuste acquisita fiant. Secundo si inhabitantes eas per immundicias coinquinant. Tertio si eas homines plus quam ecclesias diligunt. Sed nec minimum pecus homini moritur vel infirmatur nisi nutu dei iudicetur. Di. Cum mors et egritudo

Casus nihil est

Job. 5. b

Ecclesie detrimentum materia.

Mors et egritudo pecorum

sint p gne peccati: cur hec peco ra patiunt / cū per discretionē peccare nesciant? Magister. Per ea hō punit cū eoꝝ dolore vel morte in animo torquet. Dis. Hoc pōt esse de domestic. Quid dicis de agrestib⁹? Magi. Quod ea egritudine vexant euenit eis a corrupto aere: vel ab aliis rebus que ob peccatū hoīs in cōtrariū mittunt. Disci. Quid est pdestinatio dei? Mag. Ea ordinatio q ante creatū seculū qsdam ad suū regnū pordiauit: de qb⁹ null⁹ perire possit ⁊ oēs saluari necesse sit. Quosdā ad penā qs pctōres psciuit / de qbus nulla salus erit. Dis. Quō possunt agnosci? Ma. Qui ī bonis actib⁹ vsq ī finē pseuerauerit: vt mala q faciūt ea deseruerint

De predestinatione.

Agnitio predestinatoꝝ.

et ad penitentiā prosilierint: et in hac vsque in finē perdurauerint hij predestinati sunt. Qui autem in malis perdurat: vel bona agēs hec relinquit: et mala perpetrat et in his vsque in finē insistit: de reprobis existit. Dicis. Si nullus saluari potest nisi predestinati: ad quid alij creati sunt: vel in quo rei sunt vt pereant? Da. Quicquid predestinati faciant/ perire nequeūt: quia omnia cooperant in bonū illis: etiā ipsa peccata. Post grauia facinora humiles erunt: et de sua saluatione vberiores deo laudes referunt. Reprobi autem propter electos sunt creati: vt per eos in virtutibus exerceant et a vitijs corrigant: et eorum collatione gloriosiores appareant: et cum eos in tormentis viderint/ de Roma.8.c Reprobi qre creati

sua euasione ampli⁹ gaudeant
Et etiam propter seipsos iust.
pereunt: cū malū sponte sua eli
Gregori⁹ gunt: ⁊ volūt sine fine viuere vt
possint sine fine peccare. Di/
scipulus. Quare deus per/
mittit per eos peccare electos?
Magister. Ut patefaciat eis
diuicias misericordię suę. Di
scipulus. Saluant͂ prędesti/
nati si non laborant? Magi.
Laborādū pro salute eterna. Prędestinatio taliter est cōsti/
tuta/ vt p̄cibus vel laborib⁹ ob
Act.14.d tineat͂: quia per multas op̄atio
nes ⁊ tribulatiōes oportet nos
introire in regnū dei. Paruu/
lis itaq; per mortē; p̄uectis au
tem ętate/ datur p̄destinatio p̄
labor̄ exercitationē. Quia sc̄o
Joh.14.a scriptum est: In domo patris
mei mansiones multę sunt: vt
vnusquisq; obtineat mansio/

nem hm suum proprium laborem: ita prout quisq plus laborauerit digniorem/qui min⁹ inferiorez possidebit. Nullus tamē plus laborare poterit q̄ eū diuina gratia adiuuerit: nec aliā quis mansionē habiturus erit: q̄ eam ad quā ante mundi exordiuz p̄ordinatus fuit. quia nō volentis neq currentis/sed miserētis dei est. Ita nullus reproboruz plus facere preualet q̄ diuina censura pmittit: nec aliam penam habebit/ q̄ eum diuinum iudicium ante mundi creationem suum interitum habituruz presciuit. vt dicitur: Antequā bonum vel malum fieret: esau odio habui/ iacob autem dilexi. Discipulus. Sicut illi vident rei qui multa de deo audierūt et obseq noluerūt:

Gratia dei adiutrix

Roma. 9. c

Ubi supra. et Malach. j. a

ita videnť innoxij qui nunq̃ʒ ali
quid de deo audierunt/et ideo
nō fecerunt. Mag. Homi/
nes sunt ita creati/ vt naturali/
ter per dilectionē ꝓximi serui/
Tobie.4. ant creatori. per illud: Qđ tibi
nō vis fieri alij ne feceris. Nul
lus vult pati furtū/adulteriuʒ/
homicidiū: nō faciat vlli. Cum
Aug. hoc hoīes in ꝓximo spernunt:
1.Joh.4.d. deo qui est dilectio cōtradicūt.
Quāuis nullus in orbe sit an/
gulus vbi notus non sit deus:
cū mercandi gratia vel alteri⁹
rei ⁊ in terras vbi deus colitur
mixti homines eant: ⁊ q̃ ibi de
deo audierint domi referunt: ⁊
ideo sunt inexcusabiles. Dis.
Possunt excusari qui deū igno
rant ⁊ bona/ ⁊ ideo faciunt ma
Cor.14.g. la? Mag. Qui ignorat igno
rabitur. Qui eñi deū in fide et

opere vt gentes ignorant/hos
deus vt hostes damnat. Qui De dānatio/
autē per fidē deū nouerint:sed ne rusticoꝝ.
voluntatē eius simpliciter vt
rustici ignorant: si damnanť/
nō grauiter damnanť. vt diciť
Seruus nesciens voluntatem Luc.12.f.
dñi sui ⁊ nō faciens:vapulabit
plagis paucis. Qui autē ꝑ in/
geniū scire possunt/sed per ma
liciam scire dissimulant:vt cle/
rici/ durius puniunť.vt diciť:
Qui scit ⁊ nō facit:plagis va/ Ubi supra
pulabit multis. Qui vero bo/
na audire nolunt/⁊ quę debent
facere discere contēnunt:dupli
ci animaduersione subiacebūt.
Primo pro contumelia: quia
scienter peccant:Secundo pro
contemptu:ꝙ bonū discere re/
cusant.vt dicitur:Reuelabunt Iob.20.d
cęli iniquitatē illorum:⁊ terra

aduersus eũ cõsurget in die fu-
roris dñi: qui dixerũt dño deo:
recede a nobis: scientiã viarum
tuarũ nolum⁹. Disci. Quid
est originale peccatũ? Magi.
Iusticia. Disci. Plani⁹ edi-
cito mihi. Mag. Deus pri-
mũ hominẽ iustũ fecit: quã iu-
sticiã ipsum seruare ꝛ posteris
relinquere iustuꝫ fuit. Omnis
itaqꝫ hõ tali iusticia nasci de-
buit/ quali adam cõditus fuit.
Sed quia hanc adã sponte de-
seruit: omnis homo in iniusti-
cia originẽ viuẽdi sumit. Que
iniusticia originale peccatũ vo-
catur: qua oĩs hõ dãnat: nisi ei
in baptismate ꝑ mortẽ redem-
ptoris dimittat. Di. Cũ om̃e
peccatũ sola voluntate ꝑpetra-
tur: nõ video quõ iuste infanti
recenter animato vel nato pec

De peccato originali.

catū īputet: p̄sertim/cū nullaꝫ
voluntatē peccādi habeat: nul
lāq̄ꝫ iusticiā facere vel intellige
re p̄ualeat. Mag. Infans re Infans re-
center animat⁹ vel nat⁹ trib⁹ de cēs nascit'
causis existit. Pꝛio qꝛ iusticiā ppt tria
naturalē n̄ hꝫ quā de⁹ p̄mo hoī
cōtulit. Scdo qꝛ debitoꝛ satis/
faciēdo p̄ temeritate desertōis
existit. Tertio qꝛ miserias incur
rendo se inutilē suo dn̄o fecit.
Oīs aūt hō angel' adequādus
iust⁹ nasci debuit: sic de⁹ consti
tuit. Sed qꝛ hāc adā deseruit:
de⁹ eā ab omi posteritate ei⁹ exi
git. Dis. Cū scp̄tū sit: Fili⁹ nō Ezech. 18. c.
poꝛtabit iniq̄tatē patris. ꝛ iteꝝ:
Unusq̄sq̄ꝫ onus suū poꝛtabit: Gal. 6. b
quō ab īfante istud exigit qđ a
parēte delinq̄t? Ma. Nulli⁹ Iusta punitio
peccatuꝫ ab alio exigit: nullus peccati
pꝛo alterius/sed pꝛo sua ipsius originalis

iniusticia punitur. Deus iusti/
ciā ab omni homine exigit/ quā
primo dedit. Ois autem hō in
natura est adam/ in psona est fi
lius adā. Sed quia omnis ho/
mo absqꝫ hac iusticia nascitur:
nō pro hoc ꝙ adam eam dese/
ruit/ sed quia ipse eam non ha/
bet punitur. Igitur quia natu/
ralis iusticia in infante nō inue
nitur/ a iusticia dei iuste repelli
tur: ac iustissime cum iniustis a
Exo.20.a. deo p gnē subijcit: qui etiam in
tertiā ⁊ quartā generationē pec
cata iuste vlciscit. Disci. Nil
magis cupio audire. Magi.
Vindicatio pcti in qrtā generationē De⁹ in prima generatione pec
cata retribuit: dū peccantes ꝓ
Gen.7.d. naturali lege spreta diluuio de/
leuit. In secunda generatione
puniuit: dū delinquētes p ido/
Exo.14 f. latriā mari rubro obruit. In

tertia generatione peccantes mulctauit: dum eos pro transgressa scripta lege bellis exterminauit. In quarta generatione peccata vindicabit: dum pro despecto euangelio conteptores extremus ignis deuorabit: Quis ipsi pro peccatis parentū filij in sua iniusticia iuste deseruntur/ et hic et ibi puniantur. Quattuor quoqꝫ genera sunt peccandi: Cogitatio: locutio: operatio: in malis pseuerantia. In tertia igit̃ et quarta generatione deus peccatuz retribuit: dū pro factis in malis pduran tes punit. Disci. Cū caro tm̄ ab adā assumat̃/ anima autē a deo tribuat̃: mirū est quō iuste ab anima exigat̃ qđ per carnez cōtrahit̃. Magi. Nō puto te ita desipere: vt arbitrerẽ car

Peccati genera qttuor

nē absq̧ aīa hominē esse. Aīa
q̄ppe ad hoc dat/vt caro viui-
ficet. Itaq̧ ante acceptā aīam
nihil a carne exigit: nec ab aīa
ante coniunctionē carnis q̄cq̧
exquirit: p̄sertim/cū in semine
humanę cōceptionis nulla cul-
pa/sicut nec in sanguine nec in
sputo esse cōprobat: ⁊ aīa inno
cens a deo creet. Porro aīę et
corporis cōiunctio hō dr: ⁊ ab
hoc debitū adę iuste exigit: ⁊ in
iniq̄tatib⁹ cōcipit: id est in con-
cupiscentia. Omnis nanq̧ ho
mo debuit sine concupiscentia
generare: sicut man⁹ manui iun
gitur absq̧ delectatione. Sed
quia primus homo a iusticia
naturali recessit/ ⁊ interdictum
cōcupiuit: mox cōcupiscētia eū
seruū sibi subegit ⁊ ipsū oēsq̧
posteros sibi in cōcupiscentia

Peccati ori-
ginalis iniu
sticia.

sua generare coegit. Igit oīs q̄ in cōcupiscētia cōcipit / iniust⁹ nasci conuincit: ꝛ ideo si absq̃ baptismate / q̄ est mors christi morit: in celis angelis coequā/dus nō assumit. Nullus q̄ppe angelis equabit: nisi cui nulla iniusticia sicut nec ipsis domi/nabit. Nemo autem mūdus a sorde / nec vni⁹ noctis in orbe. Job.14.a.et 25.
Di. Adhuc scrupulus animū meū tenet cui fortiter inheret.
Magi. Quisnā? Dis. Cum caro insensibilis sit ac p se facere nihil possit: nulla rōne video qualiter aduersus spiritū con/cupiscere dicat / ꝛ eū ad consensum sui attrahere astruatur. Gal.5.c.
Magister. Hoc clauis dauid clausū citius reserabit. Quecq̃ hominē ab adam carnē / animā aūt a deo ꝯstat habere: s3 cōcu

piscentiā nec ab adā/nec a deo habere nullus ignorat. Cū vero anima carni iuncta fuerit/cōcupiscentiā ab ea trahit. Duas autē vires inesse animę nullus dubitat. vnā qua corpus viuificat: alterā qua inuisibilia considerat. Et illa qua corp⁹ viuificatur animalitas/ vel carnalitas/ vel sensualitas nominat̄. Illa autē q̄ inuisibilia cōtēplatur: spūs vel mens/vel intellectus nuncupat̄. Inferior ergo pars aię q̄ animalitas vocat̄/ a corpore qđ corrumpit̄ aggrauatur: ⁊ sensib⁹ carnis vniuersa ab eis obruit̄: ⁊ spiritalia obliuiscit̄: tm̄ in terrenis delectatur: ⁊ idcirco caro appellat̄: et ꝯtra spiritū ꝯcupiscere astruitur. Superior aūt vis aię/ quę spūs vel interior hō nominat̄:

Vires aie duplices

Sap. 9. d

ſpiritalia et cęleſtia ſcrutatur: caduca reſpuens inuiſibiliū cō templatione delectatur: ⁊ ideo carni aduerſari ꝓhibet. Diſci. Quō ſpūs ab aīa pōt ſuperari? Mag. Sicut adā ab eua. Anima nāqꝫ vxoꝛ ſpūs ſcribitᷣ caro vtriuſqꝫ ācilla dicitᷣ. Spiritus itaqꝫ īperet vxoꝛi ſuę per rōnē: aīa obediat marito ſuo ꝑ dilectionē / caro ancilla obediat / famuletᷣ ꝑ opationē3. Or ſi vxoꝛ ab ancilla illecta maritu3 ad conſenſū mali inclinauerit: ⁊ ipſe cū ea per ancillā peccatū ꝑpetrauerit: ſicut ſerpens perſuadens / mulier concupiſcens / vir cōſentiens pęnis ſubduntᷣ. Diſcipu. Quid ergo facient? Magi. Sara ſcilicet anima / abꝛaę: id eſt ſpiritui adhęrens carnalia reſpuat: ſpiritalia con

Superatio ſpūs ab aīa

Geñ.3.a.

cupiscat. Agar ancillam/id est carnē suā vigiliis ꝛ ieiuniis ad bona opa constringat: ꝛ sic eis isaac/id est verū gaudiū nascet quo non discordes/sed p eū pace cōcordes cōgratulent. Dis. Habet incremētū aīa? Ma. Non quātitate/sed rōne. Dis.

De fatuis

Qualiter nesciunt qdā fatui/ dum aīe rōnales sint? Mag. Dū crassior humor in vitioso matris vtero ɔcipit: quodāmodo aīa in hoc corpusculo hebetatur: sicut etiā iā adulti aliqua infirmitate sensu puant. Dis. Sunt anime ab initio create: aut creant quotidie? Magi. Deus omnia simul ꝛ semel per materiā fecit. vt dicit: Qui fe

Eccl. 3. c.

cit que futura sunt. Postmodum autē vniuersa per species distinxit. Anime igit ab initio

Creatio aīe

sunt create inuisibili materia: formantur autē quotidie p spe ciem ⁊ mittunt in corpoꝝ effi/ giē. Vñ ⁊ dñs ait: Pater me⁹ Johan.5.c. vsq₃ modo operat: ⁊ ego ope/ ror. Et alibi: Qui finxit singil/ Ps.32.c latim corda/id ē animas. Dis. Cur corpus vocas īmundū de christiano natū hominē? Ma. Quia de īmundo semine cōci pitur. vt dr: Quis pōt facere Job.14.a mundū de īmundo cōceptū se/ mine? Et alibi. In iniquitatib⁹ cōceptus sū. Dis. Cū hō to Ps.50.b tus in baptismate mūdet/⁊ cō iugiū bonū pdicet: quō īmmū/ dū eius semen dicit? Magi. Homo in baptismate interius ⁊ exterius sanctificat: sed rur/ sum semen eius per carnis con cupiscentiā coinquinat? Di/ scipulus. Cum illa cōmixtio

nequeat fieri absq; delectatio-
ne carnali: ꝛ ille infans nō pos-
sit repugnare parentibꝰ: vt po-
te adhuc informatus: quomo-
do est ipse immundus/aut cul-
pe aut pene obnoxius? Ma.
Crimen huius pollutionis pa-
rentes deserentes transfundūt
quasi iure hereditario in gene-
ratione prolis: ꝛ ideo tenentur
obnoxiū culpe ade: in quo om-
nes peccauerunt: ꝛ in quo om-
nes mortui sunt. Dis. Si om-
nes mortui sunt/quomodo na-
scunt viui? Magi. Sicut si
quis ad aliquam fenestrā se de-
monstraret ꝛ statim reuerteret
sic hō nascēs q̄si demōstrat in
mūdo/ꝛ mox ī mortē reuertit.
Disci. Si peccata relaxant in
baptismo cur baptiçāt q̄ de eis
nascunt? Ma. Si aliq̄ pasta

Transfusio peccati originalis

Roma. 5. c
2. Cor. 5. c
Anselmꝰ

De baptismo

veneno fuerit corrupta/omnes panes ex ea confecti sunt morti feri. Sic adam fuit massa corrupta: ⁊ ideo ex eo oēs nati sunt corrupti: ⁊ idcirco morte digni nisi fuerint in morte redemptoris p baptismum viuificati. Sicut ergo parētes ꝓ seipsis sunt in baptismate emundati: sic filios oportet ꝓ se ipīs per mortē christi in baptismo renouari. vt dicitur. Oēs in christo viuificabuntur. 1. Cor. 15. c
Disci. Si pgnans baptiçatur ꝓdest infanti illa baptiçatio si ī ea moriat? Mag. Nihil. Nondum eñ per scōm adam fuit natus: ⁊ ideo in christo nō iudicatur renatus. Di. Cur nō permittit deus quosdā nasci vt baptizentur: aut natos prius morte subtrahit q̄ȝ regenerētur. Mag: Judicia tua Ps 35.

abyssus multa: idõ occulta. Quã-
uis causa in his eluceat: cũ no-
tum sit q ppter electos fiat: vt
videlicz cũ istos imeritos & pe-
ne sine pctõ viderint in pena:
et se post multa facinora tã in-
debitos in gloria vberius iubi-
lantes: deo gratias referant/ cu-
ius gratia tam meritas penas
euaserunt. Dis. Quã penam
habent paruuli? Mag. Te-
nebrosam tantũ. Dis. Nocet
aliquid infantibus q illicito cõ-
iugio/ scz de adulterio vel co-
gnatis vel monachis vel monia-
De par uulis libus nascuntur? Magi. Ni-
hil omnino: si fuerint baptis-
ma consecuti. Sicut nec tritico
nocet/ si furatum per furẽ fue-
rit seminatum. Dis. Nocent
peccata parentum filijs: vel fi-
liorum parentibus? Magi.

Pater nō portabit iniquitatē filij: filius nō portabit iniquitatem patris. Si filij parētibꝰ in malis nō cōsenserint: aut parētes filios ꝓhibere ab his non poterūt / nihil nocebunt peccata adulterorum adulteris: sicut nec iosue nocuit ꝙ prauum patrem habuit: ⁊ rursū ei nō nocuit ꝙ neqꝫ filiū genuit. Si autem parētes filijs vel filij parētibꝰ consensum prebuerint in peccatis malis suis: cum ipsis etiam nō ꝓ illorum / sed ꝓ suis malis dānabuntur. Dis. Est graue peccatum ducere cognatam? Magister. Scdm naturā nullum: scdm ecclesię statum magnum. Discipulus. Quomodo hoc probas? Magister. Nullū peccatū fuit comedere pomū: sed contra dei ꝑceptum

Ezech. 18. e.

Cognate vncīo si licita Anselmus:

comedere fuit maximum. Di. Quare tunc sancti parentes olim suas duxerunt consangui/neas? Magi. Charitas apud illos nõ extendit se latius q̃ ad
Levi.19.c amicos: vt dicit: Diliges amicum ꝛ odio habebis inimicũ. Debuerunt ergo cognatorum filias accipere quibus possent amorem impendere. Apud nos autem extendit se charitas etiã
Matth.5.g ad inimicos: vt dicitur: Diligite inimicos vestros. Quia igitur ipse sanguis nos cogit cognatos diligere: statuit sancta ecclesia per spiritumsanctũ alienorum filias ducere: vt vxor inter nos ꝛ extraneos sit dilectionis vinculum/quo charitas se dilatet per omne genus humanum. Disci. Quomodo probas nõ esse peccatum cognatã

ducere? Licet duobus fratribꝰ
duas sorores ducere? Mag.
Licet. soror em̄ vxoris meȩ sit
mea cognata p eius sanguinē.
¶Rursus meus frater cognatus
efficitur vxoris meȩ per meum
sanguinem. Si igitur scd̄m na-
turam est peccatum: cur ducit
meus frater meam ⁊ suā cogna
tam? Igitur scd̄m naturam nul-
lum est peccatum: scd̄m interdi
ctum graue est piaculū. Dis.
Nō possū itelligere quō sit illi-
citū cōmatres vl' filiolas ducē.
Magis. Hoc sicut superius
scd̄m naturā non est peccatū/
sed scd̄m sacramentum. Sicut
vxor filij tui mater est in carna
li generatione: sic illa queȩ illū
suscepit de fonte fit eius mater
in spiritali regeneratiōe. Et ita
fit tua cōmater soror tueȩ vxoris.

Cōmatrū ductio si licita.

et filiola tua soror tue filie. Si-
militer si tu alteri⁹ filiam leua-
ueris cōpater/idē frater sui pa
tris eris. ⁊ nō licet vlli duas so
rores/aut mulieri duos fratres
accipere. igitur p̱ sacramentuꝫ
tale cōiugium est penitus illi-
citum. Propter qđ sacramen-
tum/p̱ carnale cōnubium signi
ficat christi ⁊ ecclesie cōiugiū.
Sicut eñi vir mulieri cōmixt⁹
vnum cum ea corpus efficitur:
ita ecclesia p̱ comestionem cor-
poris christi. vnum cum ipso/⁊
ipse p̱ assumptionem humane
nature vnum cū ea effici dicit̃.
vt scribitur: Erūt duo in carne
vna. Ego autem dico in christo
⁊ in ecclesia. Sicut ergo huma
na natura a christo erat aliena/
quā sibi coniūxit: ita debet esse
femina ex alia parentela quam

Cōiugiū chri sti ⁊ ecclesie.

Gen. 2. d
Ephe. 5. g.

vir in matrimonio ducit. Dis. Quid de cõmatrib⁹? Mag. Commatres ⁊ filiolę ideo nobis in copula interdicunt/quia nobis spiritaliter in sacramento cõiũctę nascũtur: ⁊ indignũ iudicatur/ vt de spiritali ad carnalem descendat. Discipulus Licet plusq̃ vnam vxorem ducere? Magister Sicut christus non nisi vni catholicę ecclesię copulatur: sic lege diuina vir iure nõ nisi vni mulieri sociatur. Unde ⁊ primi patres nuptias non repetisse legunt. Or autem inter christianos vna mortua alia ducitur: non est diuinum/ sed apostolicum permissum. vbi dicit: Si autẽ accęperis vxorẽ/ nõ peccasti: Hoc aũt dico ꝯm ĩdulgẽtiã/ ⁊ ñ ꝯm imperiũ. Et ħ ob incontinentię

Una ducenda.

1. Cor. 7.

medicamentum:ne in fornicati
onis prolabatur abyssum. Por
ro quod repetitur tertio/forni/
cationi ascribit. Dis. Ani/
ma mea gratulare:qz omnia que
desiderasti contigit me audire.
Eia nunc nobilis doctor/pocu
la spiritussancti tibi abunde in
fusa cõseruis tuis largiter eru
cta: et quod mihi iam de prelat⁹
dixisti/de reliquis ecclesie mini
stris qd sentias insinua. Ma
gi. Primo igitur sacerdotes
si bene vixerint exemplo : sunt
mundi. Si bene docuerint: ver
bo/sunt sal terre. reliqui vero
sunt fenestre in domo domini:
per quos lumen scientie splen/
det his qui sũt in tenebris igno
rantie. Si bene vixerint et non
docuerint:sũt carbones ignis/
qui ardent et non lucent. Si be

Sacerdotes
[...]bus similes

ne docuerit ꝛ male vixerint: sūt
ardens candela que alijs lucet:
et sibimetipsi cera liquescente
deficit. vel campana de q̄ alijs
dulcis sonus reddit/ ꝛ ipsa assi
duo pulsu atteritur. Si autem
nec bene viuunt nec bn̄ docēt:
sunt fumus qui ignē obfuscat/
ꝛ aciem oculorum reuerberat.
De his dicit: Stelle non luxe/ Johel. 2. c.
runt: ideo ceciderunt. Disci. Apocal. 6. d
Quid dicis de mundi contem/
nentibus/ scꝫ monachis ꝛ aliq̄/
bus habitu religiosis? Mag.
Si ꝓpositū suū bene viuendo De religiosis
ꝛ religiose expleuerint/ milites
dei erunt. Sin autē: miserabi
liores sunt omnibꝰ hominibus
quia non habent nec seculū nec
deū. De his dicit: Descendent Hiere. 48. c.
in infernū viuentes: quia scien/
tes. Dis. Quid sentis de mi/ De militibꝰ

litibus? Mag. Paruz boni. De preda enim viuunt: de rapi na vestiuntur. De hinc possessi ones coemunt. De his dicitur

Ps.77. Defecerūt iin vanitate dies eo/rum: ideo ira descēdit sup eos.

De mercatoribus. Dis. Quid habent mercato/res spei. Magi. Paruam. Nam fraudibus/periurijs/fur tis omne pene qd hñt adqrūt. Dis. Nōne sacra loca frequē ter visitant: libenter deo sacrifi cant ⁊ elemosynas dant? Ma gi. Hec omnia ideo faciunt/ vt deus eis res suas augeat: et habitas custodiat: ⁊ per hec re cipiunt mercedē suam. De his

Ps.48. dicitur: Qui confidunt in mul/titudine diuitiarum suarum/vt oues sūt positi in īferno: mors depascet eos. Dis. Quid va/

De artificib' rij artifices? Ma. Pene oēs

ꝑeunt. Nã ꝗcq̃d faciũt/cũ maxi
ma fraude agũt. de his dr: Nõ | Job.24.b
sũt tenebre: ⁊ nõ ẽ vmbra mor
tis: vt abscõdãt ibi qui opant
iniq̃tatẽ. Di. Habẽt spẽ iocu | De ioculatoribus.
latores? Ma. Nullã. Tota
nãq intẽtione sũt mĩstri satha
ne. De ipsis dr Deũ nõ cogno | Osee.5.b
uerũt: ⁊ iõ de⁹ spreuit eos: ⁊ de⁹ | Ps.52 Ps.2.b
subsannabit eos: q2 derisores
deridet. Dis. Quid dicis de
publicis penitẽtib⁹? Magi.
Noli dicere penitẽtib⁹/sz deũ | De publicis penitentib⁹.
irridentib⁹. Deũ em̃ irridẽt: se/
ipsos decipiũt: Qui letant cũ | Prouer.2.c
malefecerint: ⁊ exultãt in rebus
pessimis. Cũ hoĩes occiderint:
cãtãt: cũ adulterauerĩt/exultãt.
cũ ꝑiurãt aut sacrilegiũ ꝑpetrãt
cachinnãt. In penitẽtia ↄstitu
ti diuersa fercula q̃runt: variis
pocul' inebriari gestiũt: ⁊ oib⁹

delicijs plus q̄ȝ alij defluūt. De
Esa.66.g his dicit̄: Dabit dn̄s in carneȝ
eoꝝ vermē ⁊ ignē inextinguibi
De fatuis lem. Disci. Quid de fatuis?
Mag. Inter pueros compu
tantur. Melius em̄ nesciūt fa/
cere: ⁊ ideo saluantur. Disci.
Quid de agricolis? Magis.
De agricolis Ex magna parte saluant̄: quia
simpliciter viuunt: ⁊ populum
dei suo sudore pascūt. vt dicit̄:
Ps.127. Labores manuū tuarum/quia
manducabis. Dis. Quid de
paruulis? Magi. Non lo
quentes/vt sunt triennes dum
taxat baptisma cōsecuti saluan
Matth.19.b tur. vt dicit̄: Taliū est enim re
gnum celoꝝ. Qui vero quin/
quēnes sunt ⁊ supra: q̄dā peūt
q̄dā saluant̄. Dis. Ut videt̄/
Aug⁹. pauci sunt qui saluant̄. Ma.
Matth.7.b. Arta est via dn̄i/ que ducit ad

vitã: ꝛ pauci ambulant ꝑ eam. Tantũ vt colũba pura grana eligit/ita christus electos suos de his omnib⁹ generibus latentes colligit. qui etiã quosdã de genere latronũ assumit. Nouit ẽm qui sunt eius: pro quib⁹ etiã sanguinẽ fudit. Disci. Cum scriptũ sit: christus pro impijs mortuus est: et gratia dei pro omnibus gustauit mortẽ/profuit mors eius impijs? Mag. Christus pro solis electis mortuus est: qui tunc erãt impij: ꝛ in infelicitate positi. Pro omnibus autẽ dicit/scȝ de omnib⁹ gentibus ꝛ de omnib⁹ linguis: et nõ solũ illius tẽporis/sed ꝓ omĩbus futuris: ꝛ pro his qui erãt in inferni claustris. vt dicitur: Nõ sũ missus nisi ad oues que perierãt dom⁹ israel. Do-

2. Timo. 2. c

Roma. 5. a.

Pro quibus christus mortuus

Matth. 15. c.

mus israel est regnū: deū videntiū / id est angelorū. Oues que perierāt sunt electi: quos venit christus sua morte redimere.

Johan.10.c vt dicitur: Animam meam pono pro ouibus meis. Pro suis dixit: non pro illis de quibus

Ibidem.c dixit: Uos non estis ex ouibus meis. Unde dicitur: Uenient hec omnia super generationē istam: scilicet malorum. Discipulus.

De misericordia dei.

Cum sit christus

Ps.144. ipsa misericordia: ꝛ miserationes eius super omnia opera

Marci.2.c eius: qui venit vocare non iustos / sed peccatores: cur nō est misertus eorum? Magister. Christus est misericors super eos qui se cognoscūt miseros. Impij autem putant se iustos ideo nō vocat eos dn̄s. vt dici

Ps.58. tur: Nō miserearis omnibus

qui operant͞ iniquitatē. Et cū
ipse sit ipsa iusticia: si supra mē
bra diaboli flecteretur miseri/
cordia/ esset iniustus. Porro
miserationes eius super omnia
opera eius: quia solem suū ori/ Matth. 5. c
ri facit super iustos ⁊ iniustos
⁊ pluit super eos ⁊ pascit eos.
Disci. Possunt aliquibus De signis malo⁊ ⁊ bono⁊
signis internosci boni ⁊ mali?
Magi. Possunt. Iusti nāq₃
sibi bene conscij/ et de futura
spe certi sūt: vultu hilares: ocu
li eorum quadā gratia micātes
in incessu modesti: de habundā
tia cordis: dulces in verbis.
Mali autem deprauata con/
scientia et cordis amaritudine
sunt vultu nebulosi: verbis et
factis instabiles: risu immode/
rati: tristicia mordaces: intem/
perati ipso ingressu: sc₃ modo

tardi/modo festini: venenũ q̄d corde gerunt nũc amaris/ nũc impuris dictis fundũt. Disci. Si morte christi peccata sunt remissa: cur bapticamur. Ma.

Aug⁹. Peccata per mortẽ christi relaxant: si in fide mortis christi bapticamur. Dis. Quot modis relaxant peccata? Mag. Septẽ. Dis. Quib⁹? Ma.

Septẽ modis pctã relaxant

Primo per baptismũ. Secundo per martyriũ. Tertio p cõfessionem: ꝛ pẽnitentiam: vt dicitur:

Ps. 31. Confitebor iniusticiam meã domino: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei. Quinto per lachrymas. vt dicit:

Eccl. 3. d Sicut aqua extinguit ignẽ: ita elemosyna extinguit peccatũ. Sexto per indulgentiaȝ in nobis peccantibus: vt dicit:

Mat. 6. b Si remiseritis homīoib⁹: ꝛ pater vester di

mittet vobis. Septimo p charitatis opera: vt dicit: Charitas operit multitudinē peccatoꝝ. Disci. Quid valet confessio? Magi. Quantū baptismus. Sicut em̄ in baptismate originalia/ita in confessione remittuntur peccata actualia. Est etiā iudiciū. Duo sunt iudicia dei. Unū hic p confessionē: aliud in vltimo die per examinationē. In quo iudex deus: ipse diabolus accusator: hō reus In isto vero sacerdos christi vicari⁹ iudex: hō reus ⁊ accusator. Penitentia est sententia. Qui hic iudicat: nō ibi accusatur. vt dicit: Non iudicat de⁹ bis inidipsum. Disci. Valet penitentia vel elemosyne si nō deseruntur peccata? Magi. Sicut oīa medicamēta nō va/

Jacobi. 5. d.

De confessione.

Judiciū dei duplex

De penitentia

lent ad sanādum vulnus q̄diu
ferrū fuerit infixum/nisi ferrum
extrahatur: ita omnia bene fa/
cta non proderunt nisi pecca/
Joh.8.d ta relinquantur. Nam qui fa/
cit peccatum seruus est pecca
ti: et nemo potest alienū seruū
facere liberum. Discipulus.
Proderunt beneficia malis?
Magist. Pro omnibus que
fecerint bonis/recipient hoīes
retributionē: siue in hac vita/si
ue in futura. In hac vita. vt dr
Lu.16.f de diuite: Recepisti bona in vi
ta tua. In futura vero. vt dr:
Mat.19.d Centuplū accipies. Ita ecōtra
de oīb⁹ q̄ fecerint malis/hoīes
punient: aut in hoc seculo/aut
in futuro/vt dr: Ante dei vultū
nihil vnq̄ trāsit inultū. Igitur
aut ipe hō punit penitēdo: aut
deus iudicat puniēdo. Disci.

Prodest hierosolymā petere aut alia loca sacra inuisere? Magi. Melius est pecuniam cū qua dotati sunt in pauperes expendere. Si qui autem amore christi accensi vel sanctorū: peccatoruz confessione facta ꝛ pecunia de propria hereditate vel proprio labore adquisita ierint: ꝛ se apud congregationes sanctorū orationibus commendauerint de rebus suis ipsis/ꝛ aliis pauperibus impertientes: laudandi sunt: quia helena atq̄ eudoxia laudantur que hoc fecerunt. Si qui vero propter curiositatem/ vel laudem ad sacra loca discurrunt: hec in mercede accipiunt: ꝙ amena loca / aut decora edificia viderunt: vel laudem quam ipsi amauerunt. Si qui autem

De votiuis pegrinationibus

pecunia per lucrū: aut per furtum: aut per rapinā: aut per oppressionē coaceruatā prebuerūt: ita deo vel sanctis accepti erūt sicut is qui filium coram patre immolat: et sic cruentatis manibus ad eū venit. Disci. Cur deus non concessit homini/ vt sumpto cibo saltim p septimanam possit carere illo? Mag.

Fames pena peccati

Fames est vna de peccati penis. Homo sic creatus erat: vt si vellet sine labore beatus viueret. Postquā autē cecidit: nō nisi per laborem redire potuit. Quē si famē vel frigus et cetera incōmoda nō sustineret: laborare nollet: et sic semp extorris a regno maneret. Indidit ergo ei deus famem: vt hac necessitate coactus laboraret: et ad eterna hac occasione redire

queat. Et hoc de electis tm̄ accipe: nam reprobis omnia ad penā sunt. Dicis. Est homini ꝯstitutus terminus vite: ⁊ si potest hunc excedere viuendo vel ꝑuenire moriendo? Ma. Unicuiqꝫ statutū est a deo quā diu debeat viuere in hoc seculo. Ultra quē terminū non potest homo viuere vel vnū momētū. vt dicit: Constituisti terminos eius qui ꝑteriri non poterunt. Potest autē multis modis antevenire: siue in arma/ vł bestias ruendo: siue veneno/ vel laqueo vitā extorquendo: aut flammis aut vndis insiliendo. Sicut mercennari⁹ prauis moribus potest efficere vt nō solum mercede priuetur: verū/ etiam ante tempus creditū expellatur. Discipu. Proba.

De periodo hominis

Job. 14. b

Preuentio mortis naturalis multiplex

Magis. Deus eduxit filios israel de egypto / vt daret eis terram promissionis. Quã propter peccata non sunt adepti: sed anteq̃ illuc peruenirent / sũt in deserto prostrati. Discipu. Peccat iudex si reos punit? Mag. Immo peccat si nõ punit. Ro.13.b Vindex est enim ire dei: in hocipsum cõstitutus. Disci. De lictore Peccant ministri qui a iudicibus iussi damnatis mortis suppliciũ inferũt? Ma. Minime: sed potius manus suas lauant in sanguine pctõꝝ. Dis. De tempali morti adiudicatis Qui in criminibꝰ fuerint deprehẽsi / ⁊ a iudicibꝰ ad suspẽdẽdũ vel aliud suppliciũ damnati in ipso articulo penituerint: est spes aliq̃ de illis? Ma. Magna. Quidã em̃ ꝑ ipm̃ suppliciũ purgant: ⁊ vt latro in cruce

saluant: quidā orationib⁹ sctōꝝ de penis liberant. Dis. Que causa est ꝙ pueri queq; melius possūt discere q̄ senes? Ma. Quia adhuc in ipsis est noua aīa ⁊ ad vniuersa curiosa. In senib⁹ vero quotidiano visu vel auditu est sensus obtusus: et ꝑ multas cogitationes attenuatus. Disci. Cur non possunt iusti signa hoc tpe facere sicut olim fecerūt? Ma. Nullus vnq̄ sctōꝝ fecit aliqd signum: sed deus ꝑ eos fecit: qui menti illorum ꝑsedit. vt dicit: Tu es deus q̄ facis mirabilia. Disci. Habent hoīes custodes angelos? Magi. Unicuiq; genti ⁊ vnicuiq; ciuitati ꝑsunt/ q̄ iura/ leges/ ⁊ mores iuste dispendant ⁊ ordināt. Unaqueq; etiā aīa dū in corpus mittit angelo

De pueroꝝ ingenūs

Un̄ signoꝝ operatio

Isidorus

ps. 76.

Angelorum presidencia.

cōmittitur: qui etiaz eam semꝑ ad bonū incitet: ⁊ oīa opera eius deo ⁊ angelis in celū referat. Disci. Cū deus omnia sciat ⁊ sancti angeli in eo cuncta cernant: quid potest ei referri qđ nesciat? Magi. Angelos actus nostros deo/ ⁊ coangelis narrare nō est aliud q̄ȝ de nostro prouectu mundo gratulari. vt dicit̄: Luc.15.c. Gaudiū est angelis dei suꝑ vno peccatore pnītentiā agente. Sicut econtra illorū contristari est/ de nostris male gestis indignari. Disci. Sunt iugiter in terra cum his qui os custodiūt? Mag. Cū opus fuerit in auxiliū veniunt. maxime cū ꝓcibus inuitati fuerint. Non est enī mora veniendi: cum in momento de celo ad terras/ ⁊ iterū ad celum relabi

possint. Qui cū ad nos descen dūt/glia intima nō fraudant: q̄ semp̱ videt faciē patris q̄cūq̄ mittant. Dis. Qualit appa rēt hoib⁹? Mag. In forma hois. Hō em̄ cū sit corporeus non pōt videre spūs: ꝓpterea corp⁹ assumūt ī aere: ꝙ hō hoc possit audire vel videre. Ipsuz autē corp⁹ mag. visibile ꝙ̄ pal pabile: non visibile tn̄ oīb⁹: nisi his solūmodo q̄b⁹ se volūt de/ monstrare. Disci. Sūt demo nes hoib⁹ insidiātes? Magi. Unicuiq̄ vitio positi sunt de/ mones: q̄ sub se hn̄t innumera/ biles q̄ aīas iugiter ad vitia il/ liciūt: ⁊ mala hoim suo p̄ncipi cum magno cachinno referūt. Si q̄s aūt illoꝝ ab istoꝝ aliquo pugnās vincit: mox ab angelo custode ei⁹ in abyssū retrudit.

Math. 18. b

Angelorum apparitio.

Demonū po testas

Nec amplius in aliquo sanctorum congredi permittitur: quis alius a principe demonum in loco eius subrogetur. Sic enim homo a diabolo victus mox de paradiso eiectus: ita cum quis demonum a sanctis superatur confestim confusus damnatur. Ubi corpus de crasso aere sumunt palpabile/quo magis possint fallere. Disci. Possunt obsidere quos volunt? Ma. Gregem porcorum non potuerunt nisi permissi: quanto minus homines. Aliquando corpus hominis offendunt: illi ad coronam/sibi autem ad penam. Malorum animas semper obsident. Interdum etiam corpora vexant. Corpus hominis in baptismate ut templum spirituisancto oleo et chrismate dedicatur. ut dicitur: Templum domini sanctum est: quod estis vos. Igitur hoc templum semper aut spiritussanctus/aut im

Demonum obsessio.
Matth. 18. b
1. Cor. 3. b

mundus spūs inhabitat. Dis.
Quid valet olei vnctio infir/mis. Magi. Peccata ꝯfessa ⁊ nō iterata vel q̈tidiana ꝑ hāc vnctionē relaxant̄. vt dr: Si in pctis ē/dimittent̄ ei. Si de peccatis pniam nō egit: ista vnctio nō solū ei nihil ꝓdest/sꝫ ⁊ multū obest. Dis. Prodest penitētia ī extremis? Ma. Qui pctā sua vsq̧ ad mortē differūt nō ipsi pctā/sꝫ pctā eos deserūt q2 eos diutius seruos habere nolunt. Qui tamē ex corde pe/nitent in ipsa morte/misericor diā inuenient: sicut latro in ipso mortis exitio. vt dicitur: Qua/cunq̧ hora ingemueris: saluus eris. Dis. Unde dicit̄ mors? Mag. Ab amaritudine vel a morsu pomi vetiti: vnde mors est orta. Sūt aūt tres mortes.

De extrema vnctione

Jaco. 5. c

Penitētia finalis.

Lu. 23. f

Ecch. 18. f

Unde mors dicta ⁊ de tri plici morte

In natura: vt infantū. acerba: vt iuuenū. naturalis/vt senum. Di. Cū pctā in baptismate dimittant: ⁊ cum mors sit pena peccati: cur ꝑmittit post baptisma electis dñari? Magis. Ut possint ꝓ christo pati ⁊ magis coronari. Est et aliud. Si īmortalitas corpoꝝ ī baptismo daret: nō ꝓ deo/sed ꝓ hac immortalitate ad baptisma ab hominib⁹ festinaret: ⁊ sic null⁹ ad regnū reuerteret. Peccatū ergo in baptismo dimisit: peccāti nō remisit: vt iusti ꝑ fidē ambulent: ꝑ opationez se exerceant:

1. Cor. 5. a. donec mors a vita absorbeat. Disci. Dimittunt reprobis in baptismate pctā? Mag. Dimittunt. Sꝫ cū ipsi post ī eadē pctā relabunt: q̄ dimissa erant etiā in eis reuoluunt. vt dicit:

